

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXXVIII. De baptismo Ioannis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

conubio reseratum, seruans & post partum inuio A labiliter signaculū castitatis. Vnde qd̄ dicit, adape- riens voltam, designat, q̄ nihil anteā inde intrauerat uel exiuerat. Et per hoc etiā specialiter dicitur masculinus, quia nihil de femininitate culpe porta- tur. Singulariter ē sanctus, quia terrenē cōtagia cor rupebat, immaculati partus nouitate non sensit.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut filius Dei non propter seipsum factus est homo & circuncis- sed ut nos per gratiam faceret Deos, & ut spiritualiter circumcidatur, sic propter nos siti- tur domino, ut discamus Deo p̄sentare nosmetip- pos. Et hoc post circumcisionem eius factum est, ut obediat neminem nisi circumcisione vitijs, dignum esse diuinis conspectibus.

AD TERTIVM dicendum, quod propter hoc ipsi- sum soluit hostias legales pro se offerri, qui erat ue- rhodita, ut figura ueritati coniungeretur, & per ueritatem figura approbaretur, contra illos, qui Dūm legis negant a Christo fuisse in euangelio predicatum. Non enim putandum est, ut Orig.\* doc̄, quod filium suum bonus Deus sub lege inimi- ciferit, quam ipse non dederat.

AD QUARTVM dicendum, quod Leuit. 12. prae- cipit, ut qui poscent, agnum pro filio aut filia, simul & turturem sive columbam offerrent: qui uero nō sufficerent ad offerendum agnum, duos turtures, vel duos columbarum pullos offerrent. Dominus ego, qui cum diues es̄t, propter nos egenus fa- dus es̄t, ut illius inopia diuites essemus, ut dicitur 2. ad Cor. 8. pro se pauperum hostians uoluit offerri: sicut & in ipsa nativitate pannis inuoluitur, & recla- natur in praefatio. Nihilominus tamen, huiusmodi ueris figuræ congruunt: turtur enim quia est avis lo- quax, prædicationem, & confessionem fidei signifi- cat: quia uero est animal castum, significat castitu- tem: quia uero est animal solitarium, significat con- templationem. Columba vero est animal mansue- tum & simplex, mansuetudinem & simplicitatem signifi- cas. Est etiam animal gregale: unde significat uitam actiuam: & ideo huiusmodi hostia figurabat perfectionem Christi & membrorum eius. Vtrumque etiam animal propter consuetudinem gemendi, præfentes sanctoru[m] luctus designat: sed turtur, quæ est solitaria, significat secretas orationum lachry- mas. Columba uero, quæ est gregalis, significat pu- blicas orationes ecclesie. Vtrumque uero animal duplicatum offertur, ut sanctitas sit non solum in anima, sed etiam in corpore.

*Super Questio. 37.  
Art. quartum.*

T Itulus clarus est. ¶ In corpore v- na conclusio. Mater Christi conuenienter purganda accedit. Probatur. Sicut gra- tua a Christo in ma- tre, ita & humilitas. ergo sicut Christus sub lege, ita & mater. Antecedens proba- tur: quia humilibus datur gratia. Conse- quentia est evidens: quia ad humiliarem maris sp̄ctare con- stat purgationem ma-

nec impleantur dies purgationis eius: sed beata Virgo peperit masculum sine uirili semine, non ergo debuit ad templum uenire purganda.

¶ 3 Præt. Purgatio ab immunditia non fit nisi per gratiam: sed sacramenta ueteris legis gratiam non conferebant, sed ipsa potius secum gratiae auctorem habebat, non ergo conueniens fuit, ut ad templum purganda ueniret.

SED CONTRA est, auctoritas scripturae, qua dici- tur Luc. 2. quod impleti sunt dies purgationis Ma- tie, secundum legem Moyſi.

RESPON. Dicendum, quod sicut plenitudo gratiæ a Christo deriuatur in matrem, ita decuit ut ma- ter humilitati filij conformaretur: humilibus enim Deus dat gratiam, ut dicitur Iacob. 4. Et ideo sicut Christus licet non esset legi obnoxius, uoluit tamē circumcisio[n]em & alia legis onera subire, ad demon- strandum humilitatis & obedientiæ exemplum, & ut approbaret legem, & ut calumniæ occasionem iudeis tolleret, propter eādem rationem uoluit & matrem suam implere legis obseruantias, quibus ra- men non erat obnoxia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet beata Virgo nullam haberet immunditiam, uoluit tamē purgationis obseruantiam implere, non propter indigentiam, sed propter legis præceptum: & ideo signanter euagelistæ dicit, quod completi sunt dies purgationis eius secundum legem: ipsa enim secun- dum se purgatione non indigebat.

AD SECUNDVM dicendum, quod signanter Moy- ses uidetur fuisse locutus ad excipiendā ab immun- ditia matrem Dei, quæ non peperit suscepto semi- ne. Et idem patet, quod non obligabatur ad imple- tionem illius præcepti, sed uoluntarie purgationis obseruantiam adimpleuit, ut dictum est. \*

AD TERTIVM dicendum, quod legalia sacra- menta non purgabant ab immunditia culpæ, quæ fit p[ro]pter gratiam, sed hanc purgationem prefigurabant: purgabant autem purgatione quadam carnali ab immunditia irregularitatis cuiusdam, sicut in se- cunda parte dictum est. Neutram tamen immun- ditiam beata Virgo contrarerat: & ideo non indi- gebat purgari.

#### QVAESTIO XXXVIII.

*De baptismo Ioannis, in sex arti- culos diuisa.*

*¶ Super Questio. 38.  
Art. primum.*

**D**EINDE consideran- dum est de baptismo, quo Christus baptiza- tus est. Et quia Chri- stus baptizatus est baptismo Io- annis, Primo considerandum est de baptismo Io- annis in cōmuni. Secundo, de baptismatione Christi.

CIRCA primum queruntur sex.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit, quod Ioannes baptizaret.

¶ Secundò, Vtrum ille baptismus fuerit a Deo.

¶ Tertiò, Vtrum contulerit gratiam.

¶ Quarto, Vtrum alij præter Christum illo baptis- mo debuerint baptizari.

¶ Quintò, Vtrum baptismus ille cessare debuerit Christo baptizato.

¶ Sextò, Vtrum baptizati baptismino Ioannis essent

postea baptizandi baptismo Christi.

Tertia S. Thomæ. R. 3 ARTI-

## QVAEST. XXXVIII.

ARTICVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Ioannem baptizare.

x. dist. 2. q. 2.  
art. 2. ad 4.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis enim ritus sacramentalis ad aliquam pertinet legem: sed Ioannes non introduxit novam legem, ergo inconveniens fuit quod nonum ritu baptizandi introduceret.

**¶ 2** Prat. Ioannes fuit missus a Deo in testimonium tamquam propheta, secundum illud Luc. 1. Tu puer propheta Altissimi vocaberis. sed prophetae qui fuerunt ante Christum, non introduxerunt nouum ritum, sed ad obseruantiam legalium rituum inducebant, ut patet Malach. vlti. Memento te legis Moysi seru mei, ergo nec Joannes nouum ritum baptizandi introducere debuit.

**¶ 3** Prat. Vbi est alius rei superfluitas, non est ad illud aliquid addendum: sed iudei excedebant in superfluitate baptismatum: dicitur enim Marci. 7. quod pharisei & omnes iudei nisi cerebro laetent manus, non manducant, & a foro uenientes, nisi baptizentur non comedant, & alia multa sunt, quae tradita sunt illis seruare, baptisata calicum & urceorum, & eternorum & letorum. ergo inconveniens fuit, quod non fuit a Deo.

**¶ 4** Prat. Omnis doctrina de nostro a Deo procedens, aliquibus signis confirmatur: unde & Dominus Exo. 4. dedit Moysi potestatem signa facienda. Et Heb. 2. dicitur, Cum fides nostra principium accepisset emmari a Deo, per eos, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & prodigijs: sed de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. Ioannes signum fecit nullum. ergo videtur quod baptismus quo baptizauit, non esset a Deo.

**¶ 5** Prat. Sacraenta quae sunt diuinitus instituta, aliquibus sacrae scripturae praeciptis continentur: sed baptismus Ioannis non praecipitur aliquo praecipto sacrae scripturae. ergo videtur quod non fuerit a Deo.

**RESPO.** Dicendum, quod cōueniens fuit Ioannem baptizare propter quatuor. Primo quidē, quod apertebat Caristum a Ioanne baptizari, ut baptismum consecraret, ut Aug. \* dicit super Ioannem.

Secundo, ut Christus manifestaretur. Vnde ipse Ioannes Baptista dicit Ioānis primo, ut manifestetur,

felicit Christus in Israhel: propriea ueni ego in aqua baptizans: concurrentibus enim turbis ad baptis-

mum annuntiabat Christum: quod quidem faciliter sic factum est, quam si per singulos discurrissent, ut chrysost. \* dicit super Ioannem.

Tertio, ut suo baptismo afficeret homines ad baptismum Christi. Vnde ibidē Beda dicit, quod quātum catechumenis nondum baptizatis potest doctrina fidei, tantum profuit baptismus Ioannis ante baptismum Christi: quia sicut ille prædicabat poenitentiam,

& baptismum Christi prænuntiabat, & in cognitionem ueritatis quae mundo apparuit attrahebat: sic ministri ecclesiæ primo eruditum, post peccata eorum redargunt, demum in baptismo Christi remissionem peccatorum promittunt.

**D. 263.** **A**D PRIMVM ergo dicendum, quod baptismus

Ioannis non datur per se sacramentum: sed quasi

quoddam sacramentale, disponens ad baptismum

Christi: & ideo aliqualiter pertinebat ad legem Christi, non autem ad legem Moysi.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod Ioannes non so-

lum fuit propheta, sed plusquam propheta, ut dicitur Matthæ. 11. fuit enim terminus legis & initium euangelij: & ideo magis pertinebat ad eum, uerbo & opere inducere homines ad legem Christi, quam ad obseruantiam veteris legis.

## ARTIC. I. ET II.

**F**EAD TERTIVM dicendum, quod baptismata illa phariseorum erant inania, ut potest ad solam mūditiam carnis ordinata: sed baptismus Ioannis ordinabatur ad mūditiam spirituali: inducebat enim homines ad poenitentiam, ut dictum est.\*

**ARTICVLVS I.**

\* Super Quatio. 38.  
Art. secundum.

Vtrum baptismus Ioannis fuerit a Deo.

**A**D SECUNDVM sic procedi-

atur. Videtur quod baptis-

mus Ioannis non fuerit a Deo.

Nihil enim sacramentale quod

est a Deo, denominatur ab ho-

mine puro, sicut baptismus no-

uae legis non dicitur Petri ne Pau-

li, sed Christi: sed ille baptismus

denominatur a Ioanne, secun-

dum illud Matth. 21. Baptismus Ioan-

nis quo ad ritum erat

a Deo, qua ad proprium effectum fuit

ab homine. Probatur

quo ad primā partē

quia ex infinito Spiritus sancti baptiza-

bat, dicente ipso Io.

1. Qui me misit bat-

pizare in aqua. Quo

ad secundam partē:

quia nihil efficerat,

quod homo efficeret

non posset, hoc est,

quia non conferbatur

aliquid spirituale.

H

In corpore unica

est distincti o bimem

bis cum conciliione

bimembri. Distinctio

est: Baptismus Ioan-

nis uel quo ad eius ri-

tum, uel quo ad eius effectum. Conclusio

est. Baptismus Ioan-

nis quo ad ritum erat

a Deo, qua ad proprium effectum fuit

ab homine. Probatur

quo ad primā partē

quia ex infinito Spiritus sancti

baptizavit, dicente ipso Io.

1. Qui me misit bat-

pizare in aqua. Quo

ad secundam partē:

quia nihil efficerat,

quod homo efficeret

non posset, hoc est,

quia non conferbatur

aliquid spirituale.

K

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod per baptis-

mum nouæ legis homines interius per Spiritus san-

ctum baptizatur, quod facit solus Deus. Per baptis-

mum autem Ioannis, solum corpus mundabatur

aqua. Vnde dicitur Matth. 3. Ego baptizo uos in aqua, ille uos baptizabit in Spiritus sancto. Et ideo

baptismus Ioannis denominatur ab ipso: quia feili-

cet nihil in eo agebatur, quod ipse non ageret. Ba-

ptismus autem nouæ legis non denominatur a mi-

nistro, qui principalem baptismi effectum non agit,

scilicet interiori emundationem.

Ad SECUNDVM dicendum, quod tota doctrina & opera-

tio Ioannis ordinabatur ad Christum, qui multitudo

signo-

Chrys. ho.  
16. in io. ante  
te med. 203.  
homil. 7. in  
euang. parv.  
ante med.

D. 263.

signorum, & suam & Ioannis doctrinam confirmavit. Si autem Ioannes signa fecisset, homines ex equo Ioanni & Christo attendissent: & ideo ut homines principaliter Christo intenderent, non est datum Ioanni, ut faceret signum: iudicis tamen querentibus quare baptizaret, confirmauit suum officium auctoritate scripturae; dicens, Ego vox clamantis in deserto &c. ut dicitur Ioan. 2. Ipsa etiam austeritas vita, eius officium commendabat, quia ut Chrysost. \* dicit super Matth. mirabile erat in humano corpore tantum patientiam videre.

**AD TERTIVM** dicendum, quod baptizans Ioannes non fuit ordinatus a Deo, nisi ut modico tempore re daret, propter causas praedictas. Et ideo non fuit commendatus aliquo precepto communiter edito in sacra scriptura, sed familiari quadam reuectione Spiritus sancti, ut dictum est. \*

## ARTICVLVS III.

*Ques. Questionis  
Articulum  
tertium.*

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod in baptismo Ioannis gratia daretur. Dicitur enim Marci 1. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum: sed poenitentia & remissio peccatorum est per gratiam, ergo baptizans Ioannis gratiam conferebat.

¶ 2 Præt. Baptizandi a Ioanne continebantur peccata sua, ut habeatur Matthæus 3; & Marci 1. sed confessio peccatorum ordinatur ad peccatorum remissionem, quæ fit per gratiam, ergo in baptismo Ioannis, gratia conferebatur.

¶ 3 Præt. Baptizans Ioannis p̄cipior erat baptismo Christi, quam circuus: sed per circumflexum remittebatur peccatum originale: quia, ut Beda dicit, id est salutifera curationis auxilium circuus in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod nunc baptizans agere reuelata gratia tempore confuerit. ergo multo magis baptizans Ioannis remissionem peccatorum operabatur, quod sine gratia fieri non potest.

**SED CONTRA** est, quod Mat. 3. dicitur, Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam, Quod exponens Gregor. \* in quadam Homili, dicit, Ioannes non in spiritu, sed in aqua baptizat, quia peccata soluerunt non ualebant; sed gratia est a Spiritu sancto, & per eam peccata tolluntur. ergo baptizans Ioannis gratiam non conferebat.

**RESPON.** Dicendum, quod sicut dictum est, \* tota doctrina, & operatio Ioannis preparatoria erat ad Christum: sicut ministri & inferioris artificis est preparare ma-

teriam ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferenda erat hominibus per Christum, secundum illud Ioann. primo. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et ideo baptizans Ioannis gratiam non conferebat, sed solum ad gratiam preparabat tripliciter. Vno quidem modo, per doctrinam Ioannis inducentem homines ad fidem Christi. Alio modo, assuēfaciendo homines ad ritum baptismi Christi. Tertio modo, per penitentiam, preparando homines ad suscipiendum effectum baptismi Christi.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod in illis verbis (ut Beda dicit) potest intelligi duplex baptizans. Vnus quidem, quem Ioannes baptizando conferebat, qui dicitur baptizans poenitentia: quod scilicet ille baptizans erat quadam inducentium ad penitentiam, & quasi quedam protestatio, quæ profitebantur homines se poenitentiam acturos. Alius autem est baptizans Christi per quem peccata remittuntur, quem Ioannes dare non poterat: sed solum prædicabat, dicens, Ille nos baptizabit in Spiritu sancto. Vel potest dici, quod pre

dicabat baptizans poenitentia, id est, inducentem ad poenitentiam: quæ quidem poenitentia ducit homines in remissionem peccatorum. Vel potest dici, quod per baptizans Christi, ut Hieron. \* gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod autem consumatur per sponsum, initiatum per parvum, diligenter per Ioannem. Unde dicitur, quod baptizabat, & prædicabat baptizans poenitentie in remissionem peccatorum, non quia hoc ipse perficeret, sed quia preparando ad hoc homines disponebat.

**AD SECUNDVM** dicendum, quod illa confessio peccatorum non siebat ad remissionem peccatorum statim per baptizans Ioannis exhibendam: sed consequendam per poenitentiam consequentem, & per baptizans Christi, ad quem poenitentia illa preparabat.

**AD TERTIVM** dicendum, quod circuus instituta erat ad remedium originalis peccati: sed baptizans Ioannis ad hoc non erat institutus, sed solum erat preparatorius ad baptizans Christi, ut dictum est. \* In corp. & Sacramenta autem ex usitatis institutionis, suum habent effectum.

## ARTICVLVS IV.

*Virum alij preter Christum, baptismo  
Ioannis baptizari debuerint.*

**A**D QUARTVM sic procedit. Videtur quod in baptismo Ioannis solus Christus debuerit baptizari: quia sicut dictum est, \* ad hoc Ioannes baptizauit, ut Christus baptizaretur, sicut August. \* dicit super Ioannem: sed quod est proprium Christi, non debet alii conuenire. ergo nulli alij debuerunt illo baptismo baptizari.

¶ 2 Præt. Quicumque baptizatur, aut accipit aliquid

nis referuntur ambo, & uerificatur dispositio in remissione peccatorum baptizabat, & predicabat ad perfectio-

nem gratia per Christum. Et si querat no-

uimus, in quo ergo

differat tertia a secun-

da expositione, re-

spondet, quod ter-

teria ordinem Ioan-

nis ad Christum re-

spicit: & ideo illud

idem quod Christus

perfecturus erat,

Ioannes inchoauer

faceretur. Secun-

da autem, ordinem

baptizandi a Ioan-

nis ad penitentiam

respicit: & ideo dici-

tur quod & baptiza-

bat & predicabat ba-

ptizans. Est

c. 3. secundum

ordinem Be-

ddi.

Sup. illud  
Mar. 1. fuit  
Ioannes in  
deserto ba-  
ptizans. Est  
c. 3. secundum  
ordinem Be-  
ddi.

Supra illud  
Mar. 1. prædi-  
cans bapti-  
zans. Est  
c. 3. secundum  
ordinem Be-  
ddi.

In corp. &  
art. 1. huic  
quest.

Super Questionis  
trigesimaethima Ar-  
ticulum sextum.

**T**ulus elarus est.

**¶** In corpore v-  
na conclusio: Bapti-  
zans Ioannis alij de-  
buerunt baptizari.  
Probatur duplicitate  
litera clara est.

4. dist. 2. q. 2.  
art. 3. q. 2.

\* Artic. 1.

Tracta. 13. in  
lo. inter pri-  
& medium,  
tom. 9.

## QVAEST. XXXVIII.

Art. praece.

**a**baptismo, aut baptismo aliquid confert: sed a ba-  
ptismo Ioannis nullus aliquid accipere poterat (quia  
in eo gratia non conferrebat, ut dictum est \*) nec  
aliquis baptismo aliquid conferre poterat, nisi Christus,  
qui tacu[m] mundissimam sua carnis aquas sanctifi-  
cavit. ergo videtur, quod solus Christus baptismo  
Ioannis debuerit baptizari.

**¶ 3** Præterea, Si alij illo baptismo baptizabatur, hoc  
non erat, nisi vt prepararentur ad baptismum Christi,  
& sic cōueniens videbatur, quod sicut baptismus  
Christi omnibus conferitur, & magnis & parvis, &  
Gentilibus & Iudeis, ita etiam & baptismus Ioannis  
conferretur: sed non legitur quod ab eo pueri ba-  
ptizarentur, nec etiā Gentiles: dicitur enim Mar. 1.  
quod egrediebantur ad illum Iraelitā vniuersitatem &  
baptizabantur ab illo. ergo videtur quod solus Christus  
a Ioanne debuerit baptizari.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 3. Factum est,  
cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato  
& orante aperti sunt cœli.

RESPON. Dicendum, quod duplice de causa ope-  
runtur alios a Christo baptizari baptismo Ioannis. Pri-  
mò quidem, vt Augustin. \* dicit super Ioan. quia si  
solus Christus baptismo Ioannis baptizatus esset,  
non defuissent qui dicerent, baptismū Ioannis, quo  
Christus est baptizatus, dignorem esse baptismo  
Christi, quo alij baptizantur. Secundo, quia oportebat  
per baptismum Ioannis alios ad baptismum  
Christi preparari, sicut dictum est. \*

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] non propter  
hoc solum fuit Ioannis baptismus institutus, vt Christus  
baptizaretur, sed etiam propter alias causas, vt  
dictum est. \* Et tamen si ad hoc solum esset institutus,  
vt Christus eo baptizaretur, oportebat predictū  
inconveniens vitari, alij hoc baptismo baptizatis.

AD SECUNDVM dicendum, q[uod] alij qui ad baptismū  
Ioannis accederant, non poterant quidem baptis-  
mo aliquid conferre, nec tamen a baptismo gratiam  
accipiebant, sed solum poenitentia signum.

AD TERTIVM dicendum, quod quia ille baptismus  
erat poenitentia, q[uod] pueris non conuenit, ideo ba-  
ptismo illo pueri non baptizabantur. Conferre autem  
genitibus viam salutis, soli Christo reserabatur,  
qui est expectatio gentium, vt dicitur Genes. penult.  
sed & ipse Christus Apostolis inhibuit Gentilibus  
Euangelium prædicare, ante passionem & resurrec-  
tionem: unde multo minus conueniebat per Ioannem  
Gentiles ad baptismum admitti.

**¶ Super Questionis  
38. Articulum  
tertium.**

**T**Itulus clarus  
est.

**¶ In corpore  
vna conclusio: Ba-  
ptismus Ioannis no-  
debet cessare Chri-  
sto baptizato. Pro-  
batur quadrupliciter.**

**¶ In prima ratione  
ex Chrysost. adverte-  
te nouisse, quod si  
Christo baptizato  
Ioannes cessasset, pe-  
tar potuerit, quod  
tanta Christi excel-  
lentia in baptismo  
monstrata iniurias  
Ioānes, & cessando**

**ARTICULUS V.**

**Vtrum baptismus Ioannis debuerit ce-  
sare Christo baptizato.**

**A**D QUINTVM sic proceditur.  
**A**Videſt, q[uod] baptizati baptismo  
Ioannis, non fuerint baptizandi  
baptismo Christi. Ioannes enim  
nō fuit minor Apostolis, cum de  
eo scriptum sit Matt. 11. Inter na-  
tos mulierum non surrexit maior  
Ioanne Baptista: sed illi qui bapti-  
zabantur ab Apostolis, non iterū  
baptizabantur, sed solummodo ad-  
debat eis impositio mannum.  
Dicitur enim Act. 8. quod aliqui  
baptizati tantum erant a Philippo  
in nomine Domini Iesu, tunc Apo-

## ARTIC. V. ET VI.

**¶ 2** Præter Aug. \* dicit super Ioan.  
baptizatus est Christus, & cessauit  
Ioannis baptismus. ergo vide-  
tur, q[uod] Ioannes post Christum ba-  
ptizatum, nō debuerit baptizare.  
**¶ 3** Præter. Baptismus Ioannis erat  
præparatorius ad baptismū Christi:  
sed baptismus Christi incœpit  
statim Christo baptizato: quia ta-  
ctu sua[m] mudiissimam carnis vim re-  
generantem contulit aquis, ut  
Beda dicit. ergo videtur quod ba-  
ptismus Ioannis cessauerit Christo  
baptizato.

SED CONTRA est, quod di-  
citur Ioan. 3. Q[uod] venit Iesu in Iu-  
dam terram, & baptizabat: erat autem & Ioannes  
baptizans: sed Christus non baptizauit, nisi postquam  
fuit baptizatus. ergo videtur, q[uod] postquam Christus  
fuit baptizatus, adhuc Ioannes baptizabat.

**R E S P O N S U M** Dicendum, quod baptismus Ioannis  
cessare non debuit Christo baptizato. Primò quidem,  
quia ut Chrysost. \* dicit, si cessasset Ioannes baptiza-  
re Christo baptizato, exilimaretur q[uod] zelo, vel ira  
hoc faceret. Secundo, quia si cessasset a baptizando,  
Christo baptizante, discipulos suos in maiore zelū  
immisisset. Tertiò, quia persistens in baptizado, suos  
auditores mittebat ad Christū. Quartò, quia (vt Be-  
da dicit) adhuc permanebat umbra veteris legis, nec  
debuit p[ro]cursor cessare, donec veritas manifestaretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] nondum Christus  
erat plene manifestatus eo baptizato: & ideo  
adhuc necessarium erat, quod Ioannes baptizaret.

AD SECUNDUM dicendum, quod baptizato Christo  
cessauit baptismus Ioannis: non tamen statim,  
sed eo in carcero. Vnde Chrysostom. \* dicit super  
Ioannem, æstimo propter hoc permittam esse mortem  
Ioannis, & eo sublatu de medio, Christum maxime  
prædicare coepisse, ut omnis multitudo affec-  
tio ad Christum transiret, & non ultra his, quæ de  
vitroque erant, sententijs scinderetur.

AD TERTIVM dicendum, quod baptismus Ioannis  
præparatorius erat, non solum ad hoc, q[uod] Christus  
baptizaretur, sed etiā ad hoc, quod alij ad Christi  
baptismum accederent: quod nondum fuit im-  
pletum Christo baptizato.

## ARTICULUS VI.

**Vtrum baptizati baptismo Ioannis,  
essent postea baptismo Christi  
baptizandi.**

**A**D SEXTVM sic proceditur.  
**K**AD

**Videſt, q[uod] baptizati baptismo  
Ioannis, non fuerint baptizandi  
baptismo Christi. Ioannes enim  
nō fuit minor Apostolis, cum de  
eo scriptum sit Matt. 11. Inter na-  
tos mulierum non surrexit maior  
Ioanne Baptista: sed illi qui bapti-  
zabantur ab Apostolis, non iterū  
baptizabantur, sed solummodo ad-  
debat eis impositio mannum.  
Dicitur enim Act. 8. quod aliqui  
baptizati tantum erant a Philippo  
in nomine Domini Iesu, tunc Apo-**

a baptismo, vel de-  
dignaret submini-  
strare Christo am-  
plius per baptis-  
mum præparando ad ip-  
sum, vel ipsa celatio  
vindicaret suam  
minoritatem appa-  
rence ex tanta ma-  
nifestata Cœlesti ex-  
cellenti in bapti-  
mo. Vtque homi-  
dem nōs, inuidie  
cœlicer & ira pore-  
rat confusione, &  
ad cessationem in-  
ducere. Reliqua sunt  
clara.

**H**omilia  
Ioann. 3.  
tum res-  
a pri-  
Homilia  
Ioann. 3.  
motu & pri-  
tom. 3.

**¶ Super Questionis  
trięgmačian Ar-  
ticolum sextum.**

**T**Itulus clarus.  
¶ In corpore  
duo sunt. Pri-  
mò, recitatur opini-  
o Magistri senten-  
tia. Secundo, respon-  
detur quæfatio. Opini-  
o Magistri distin-  
guit duplē dispo-  
sitionem baptizato-  
rum a Ioanne (vt  
pater in litera), &  
quodam rebaptiza-  
ndos baptismo Chri-  
sti, & quodam non,  
dicit.

**¶ Quod ad secundum  
Auctor simpliciter  
dicit, quod omnes  
baptizati a Ioanne  
baptizandi erant ba-  
ptismo Christi, &  
proprie-**

propterea pro vna stoli, scilicet Petrus, & Ioannes, A parte contentit. Magistro, pro alia contradicunt, & probat universalem dupliciter. Primum, ex parte effectus inseparabilis per fidem, spem, & charitatem, characteris, qui per Christi baptismum imprimuntur. Secundo, ex parte essentialis partis ipsius baptismissimae, deficitis, si Spes, Oia patient in litera. In responsione ad finem & tertium, aduerte quod de baptismis Christi materiali passione accepto Ioanne, & Apostolis, non habet clavis scriptura pars affirmativa sed ratione illa est, qd baptizati a Christo fuerint, ut Iohannes impleret de hinc fuit, ego a te debeo baptizari. & Apostoli baptizantes Christi baptismum, promoverunt baptizantes Augu. arg. ir. & bene. Nec aliquid appetat obstat: nisi verbi Christi dicitur: Iohannes baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Sed reuerat, hoc non obstat: tibi qd hoc non excludit eos baptizatos esse baptismi Christi, licet de Iohannis baptismo in medio statu.

et nunc gain promptu ro e  
temis ibi quare loannis bapti-  
tis in foliis meminit  
An. lib. 1. Chrysostom. qd. donu-  
tus. Spiritus sanctus non di-  
stinguit et tra-  
pnum Christi qd fit in  
aqua & spiritu. Ioh. 3.  
sed cora baptismissu  
Ioh. qd siebat foli  
in aqua, pio Ioanne  
tale distinguebat ba-  
ptismum in spiritu in con-  
tra baptismum in spiritu sancto. Matth. 3.

In ratione ad quatuor, dubito occurrit:  
qd alius est loqui de  
gra futura, & aliud  
de Christo uenientio:  
potius qd prelata  
esse ex fide Christi  
uenientur pater in sa-  
cis illis, qui prece-  
ferunt Christi aque-  
tulitera autem p-  
co-de haber Christum  
venit, & gratia fu-  
turam incompta  
ergo videatur.

Ad hoc dicitur: qd litera est intelligenda iux-  
ta subiecta materia,  
de qua est ferme, l.  
de sacramentis. Ex il-  
la signe differet ab  
Aug. posita inter sa-  
cramenta noue & ve-  
titi legis, qd nra pr-

imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum ergo videtur quod baptizati a Ioanne, non debuerint baptizari baptismo Christi.

¶ 2 Præterea. Apostoli fuerunt baptizati baptismio Ioannis: fuerunt enim quidam eorum discipuli Ioannis, ut patet Ioann. sed Apostoli non uidentur esse baptizati baptismio Christi: dicitur enim Ioan. 4. quod Iesu non baptizabat: sed discipuli eius. ergo videtur quod baptizati baptismio Ioannis, non erant baptizandi baptismo Christi.

¶ 3 Præterea. Minor est qui baptizatur, quam qui baptizat: sed ipse

Ioannes non legitur baptizatus baptismio Christi. ergo multo minus illi, quia Iohannes baptizabatur, indigebant baptismio Christi.

¶ 4 Præterea. Act. 19. dicitur, quod Paulus inuenit quosdam de disci-

pulis, dixitque ad eos, si Spiritum sanctum accepitis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si

Spiritus sanctus est, audiimus. Ille uero ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptisme. Et sequitur, quod baptizati sunt iterum in nomine domini nostri Iesu Christi. sic ergo videtur, quod quia Spiritum sanctum nesciebat, oportuit eos iterum baptizari: sicut Hieronymus

dicit super Ioclem, & in epistola de viro vnius uxoris, & Ambros. in lib. de Spiritu sancto: sed quidam fuerunt baptizati baptismio Ioannis, qui habebant plenam notitiam Trinitatis. ergo non erant baptizandi iterum baptismio Christi.

¶ 5 Præterea. Rom. 10. super illud, Hoc est verbum fidei, quod predicamus, dicit glo. Aug. Vnde est ita tanta virtus aqua, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur: Ex quo patet, quod virtus baptismi dependet ex fide: sed forma baptismi Ioannis significavit fidem Christi, in qua nos baptizamus: dicit enim Paulus Actuum 19.

Iohannes baptizabat baptismum per conscientiam populum, dicens, in eum qui uenturus est post ipsum, ut credere, hoc est in Iesum. ergo videatur quod non oportebat baptizatos baptismio Ioannis, iterum baptizari baptismio Christi.

SED CONTRA est, quod

August. dicit super Ioan. Qui ba-

tizati sunt baptizate Ioannis,

operebat ut baptizarentur ba-

tismate Christi.

AD QVARTVM dicendum, quod non est tota cau-

sa, qua-

fentis, uetera futura ḡrā sum signa, mani faste sequitur, qd nra p- plenis Christi, p quē rag. vlt. 1. 2. dif. 2. pe

mosilla, vētū Christi si signa erāt. Et propter ea Ioan. baptisma sapiebat in hoc sacramenta ueteris legis, qd in noī vētu Christi dabat. unde & Paulus iussit in noī domini nīleſu Christi simpliciter & absolute, & nō uenturi illos baptizari, qui Ioannis baptūm suscepserant, Actuum. 19.

B R E S P O N D E O. Dicendum, quod secundum op. Magistri in 2. distin. 4. sent. \* illi, qui baptizati sunt a Ioanne, nescientes Spiritum sanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismio Christi: illi vero qui spem non posuerunt in baptismio Ioannis, & Patrem, & Filium & Spiritum sanctum credebant, non fuerunt postea baptizati. sed impositione manus ab Apostoliis super eos facta, Spiritū sanctum receperunt. Et hoc quidem verum est, quantum ad primam partem, quod multis aucto-

ritatibus confirmatur: sed quantum ad secundam partem est penitus irrationalib[us] quod dicitur. Primo quidem, quia baptismus Ioannis, neque gratiam conferebat, neque characterem imprimebat, sed erat solum in aqua, ut ipsem dicit Matth. 3. Vnde baptizatis, fides vel spes, quam habebant in Christum, non poterat hunc defectum supplere. Secundo, quia quando in sacramento omittitur quod est de necessitate sacramenti, non solum oportet suppleri, quod fuerat omissum, sed oportet totaliter innouari. Est autem de necessitate baptisimi Christi, quod fiat non solum in aqua, sed etiam in Spiritu sancto, secundum illud Ioannis 3.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Vnde illis, qui tantum in aqua baptizati erant baptismio Ioannis, non solum erat supplendum, quod deerat ut scilicet daretur eis Spiritus sanctus per impositionem manuum, sed erant iterato totaliter baptizandi in aqua & Spiritu.

D A D PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus dicit super Ioan. ideo post Ioannem baptizatum est: quia non dabat baptismum Christi, sed suum: quod autem dabatur a Petro, & si quod datum est a Iuda Christiterat. Et ideo, si quos baptizauit Iudas, non sunt iterum baptizandi: baptismina enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur, non qualis ille, cuius ministerio datur. Et inde est etiam, quod baptizata Philippo diacono, qui baptismum Christi dabat, non sunt iterum baptizati: sed accepserunt manus impositionem per Apostolos: sicut baptizati per sacerdotes, confirmantur per episcopos.

D A D SECUNDVM dicendum, quod sicut Augustinus dicit ad Seleucianum, intelligimus discipulos Christi fuisse baptizatos, sive baptismus Ioannis ( sicut nonnulli arbitrantur) sive, quod magis credibile est, baptismus Christi: neque enim ministerio baptizandi defuit, ut haberet baptizatos seruos, per quos certos baptizaret, qui non defuit humilitatis ministerio, quando eis pedes lauit.

D A D TERTIVM dicendum, quod sicut Chrysostom dicit super Matth. per hoc, quod Christus Ioanni dicens, Ego a te debeo baptizari, respondit, sine modo, ostenditur quod postea Christus baptizauit Ioannem. Et hoc dicit in quibusdam libris apocryphis manifeste scriptum est. Certum tamen est, ut Hieronymus dicit super Matth. quod sicut Christus fuit baptizatus in aqua a Ioanne, ita Iohannes a Christo erat in Spiritu baptizandus.

D A D QUARTVM dicendum, quod non est tota cau-

sa, qua-

ep. 108. 2  
medio p.  
cipue. 10. 2

\* hom. 4. in  
Matth. op. c.  
imper. sup.  
illud. Sine  
mō. tom. 2.  
Matth. super  
illud. Sine  
mō. tom. 9.

## QVAEST. XXXIX.

sa, quare illi fuerunt baptizati post baptismum Ioa. F  
quia Spiritum sanctum non cognoverant, sed quia  
non erant baptismo Christi baptizati.

Ad QVINTVM dicendum, quod sicut dicit Augu.  
contra Faustum, Sacraenta nostra sunt signa praesentis gratiae: sacramenta vero veteris legis, fuerunt signa gratiae futurae. Vnde ex hoc ipso, quod Ioannes baptizavit in nomine venturi, datur intelligi, qd non dabat baptismum Christi, qui est sacramentum nouae legis.

**¶ Super Questionis  
triagesmariana Ar-  
ticulum primum.**

**T**Itulus clarus  
est.

**¶ In corpore vnic  
conclusio: Conve-  
niens fuit Christum  
baptizari. Probatur  
tripliciter. Omnia  
suntelare.**

**¶ Secundo, Vtrū debuerit baptizari baptismō Ioannis.**

**¶ Tertio. De tempore baptissimi.**

**¶ Quartō, De loco.**

**¶ Quinto, De hoc quod ei sunt cœli aperti.**

**¶ Sexto, De spiritu sancto apparetē in spē columbe.**

**¶ Septimo, Vtrū illa colibā fuerit verum animal.**

**¶ Octauo, De voce paterni testimonii.**

## ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Christum baptizari.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non  
fuerit conueniens Christum baptizari. Baptiza-  
ri enī est ablui: sed Christo non conuenit ablui, in  
quo nulla fuit impuritas, ergo videtur quod Chri-  
stum non decuerit baptizari.

**¶ 1 Prat.** Christus circumcisō suscepit, ut imple-  
ret legem: sed baptismus non pertinebat ad legem.  
ergo non debebat baptizari.

**¶ 2 Prat.** Primum mouens in quolibet genere, est in  
mobile secundum illum motum: sicut celum quod  
est primum alterans, non est alterabile: sed Christus  
est primum baptizans, secundum illud Ioa. i. Super  
quem videris spiritum descendenter, & manente, hic  
est qui baptizat. ergo ipsum non decuit baptizari.

**SED CONTRA** est, quod dicitur Matthæ. 3. quod  
venit Iesus a Galilaea in Iordanem ad Ioannem, ut  
baptizaretur ab eo.

**R**ESPON. Dicendum, qd cōueniens fuit Christum  
baptizari. Primo quidem, quia vt Ambros. \* dicit su-  
per Luc. Baptizatus est dominus, non mundari vo-  
lens, sed mundare aquas, vt ablute per carnem Chri-  
sti, qui peccatum non cognovit, baptismatis vim ha-  
beret: & vt sanctificatas aquas relinquere possumo-  
dum baptizandis, sicut Chrysoft. dicit super Matth. quā-  
uis ipse non esset peccator, tamen naturam suscepit  
peccatricem, & similitudinem carnis peccati: pro-  
pterea, et si pro se baptimate non indigebat, tamen  
in aliis, carnalis natura opus habebat. Et sicut Greg. \*  
Nazan. dicit, Baptizatus est Christus, vt totum vetera-  
num Adam immersat aqua. Tertio, baptizari voluit,  
sicut Augu. dicit in sermone de Epiphania: quia

voluit facere, quod faciendum omnibus imperauit.  
Ethoc est, quod ipse dicit, sic decet nos implere om-  
nem iustitiam. vt enim Ambro. \* dixit super Lucā.  
Hac est iustitia, vt quod alterum facere velis, prior  
ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus non  
fuit baptizatus vt ablueretur, sed ablueret, sicut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod Christus non  
solum debet implere ea, quae erant veteris  
legis, sed etiam inchoare ea, quae sunt nouae legis.  
Et ideo non solum voluit circuncidi, sed etiam ba-  
ptizari.

**G**AD TERTIVM dicendum, quod Christus est  
primum baptizans spiritualiter: & sic non est bapti-  
zatus, sed solum in aqua.

## ARTICVLVS II.

Vtrum Christus baptismō Ioannis  
debuerit baptizari.

**T**Itulus clarus ē.  
**¶ In corpore vnic  
conclusio: Conve-  
niens fuit Christum  
baptizari. Probatur  
tripliciter. Omnia  
suntelare.**

**A**D SECUNDVM sic procedi-  
tur. Videtur, quod Christus  
non debuerit baptizari ba-  
ptismō Ioannis. Baptismus enim  
Ioannis fuit baptismus poenitentia;  
sed poenitentia Christo non  
conuenit, quia nullum habuit  
peccatum. ergo videtur quod  
non debuerit baptizari baptismō  
Ioannis.

**¶ 1 Prat.** Baptismus Ioannis, sicut  
dicit Chrysoft. \* medium fuit in-  
ter baptismum Iudeorū, & Chri-  
sti baptismum: sed medium sapit  
naturam extremon. Cum ergo  
Christus nō fuerit baptizatus ba-  
ptismate legali, nec etiam baptis-  
mate suo, videtur quod pari ra-  
tione baptismate Ioannis bapti-  
zari non debuerit.

**¶ 2 Prat.** Omne quod in rebus  
humanis est optimū, debet attri-  
bui Christo: sed baptismus Ioan-  
nis nō tenet supremū locū inter baptismata. ergo  
nō conuenit Christum baptizari baptismō Ioannis.

**SED CONTRA** est, quod dicitur Matth. 3. quod ve-  
nit Iesus in Iordanem, vt baptizaretur a Ioanne.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut dicit Augu. \* su-  
per Ioa. baptizatus dominus baptizabat, non co-  
baptimate, quo baptizatus est. Vnde, cum ipse baptiza-  
ret baptismo proprio, cōsequens est quod nō fuerit  
baptizatus suo baptimate, sed baptismate Ioannis. Et  
hoc fuit conueniens. primo quidem, propter condi-  
tionem baptissimi Ioannis, qui non baptizauit in Spi-  
ritu, sed solum in aqua: Christus autem spirituali ba-  
ptismate nō indigebat; qui a principio suā cōceptio-  
nis gratia spiritus sancti repletus fuit, vt pater ex di-  
ctis. \* & hēc est ratio Chrysoft. \* Secundo vt Beda \* di-  
cit, baptizatus est baptismo Ioannis, vt baptismō suo  
baptismum Ioannis cōprobaret. Tertio, sicut Greg. \*  
Nazan. dicit. Accedit Christus ad baptismum Ioanni-  
nis, sanctificatus baptismum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra di-  
ctum est, \* Christus baptizari voluit, ut nos suo  
exemplo induceret ad baptismū. Et ideo ad hoc, qd  
esset

**¶ 3. in  
vlt. 2. i. prin-  
tom. 5.**

**homil. 4. in  
ope impf.  
non remore  
a pris. to. 2.**

**In orat. in  
Epiph. in-  
mīa a me-  
dio.**